



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XCI. De laude Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

pertinere, quoniam non licet ad demones uti. Secundò F autem adiurationis modo, qui est per compulsio- nem, licet nobis ad aliquid uti, & ad aliquid non licet. Demones enim in cursu huius vite nobis aduer- sarij constituuntur: non autem eorum actus nostrae dispositioni subduntur, sed dispositioni diuinæ, & sanctorum angelorum, quia ut * Augu. dicit in 3. de Trin. spiritus desertor regitur per spiritum iustum. Possimus ergo demones adiurando per virtutem di- uini nominis, tanquam inimicos repellere, ne nobis noceant spiritualiter, vel corporaliter, secundum po- testatem diuinam datam a Christo, secundum illud Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcadi supra ser- pentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem ini- mici, & nihil vobis nocebit. Non tamen licitum est eos adiurare ad aliquid ab eis addiscendum, vel etiã ad aliquid per eos obtinendum: quia hoc pertine- ret ad aliquam societatem cum ipsis habendam, nisi forte ex speciali instinctu, vel reuelatione diuina, ali- qui sancti ad aliquos effectus, demonum operatio- ne vtantur: sicut legitur de beato Iacobo, quod per de- monem fecit Hermogenem ad se adduci.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Origenes lo- quitur de adiuratione, quae non fit potestatiue p mo- dum compulsio- nis, sed magis per modum cuiusdam beneuolae deprecationis.

AD SECVNDVM dicendum, quod nigromantici vtuntur adiurationibus, & inuocationibus damo- num ad aliquid ab eis addiscendum, vel adipiscen- dum: & hoc est illicitum, vt * dictum est. Vnde ¶ Chryso- st. dicit Marc. 1. exponens illud verbum Domini, quod spiritui immundo dixit. Obmutescite, & exi- te ab homine. Salutariter hoc nobis dogma da- tur, ne credamus demonibus quantumcunque de- nuntiant veritatem.

AD TERTIVM dicendũ, quod ratio illa pcedit de adiu- ratione, qua imploratur auxiliũ demonũ ad aliqd a- gendũ, vel cognoscendũ: hoc. n. vñ ad quandam societatem pertinere. Sed quod aliquis adiurando demo- nes repellat, hoc est ab eorum societate recedere.

ARTICVLVS III.

Vtrum liceat irrationalem creaturam adiurare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod non li- ceat adiurare irrationalem creaturã. Adiuratio .n. fit per locutionẽ: sed frustra sermo dirigĩt ad eũ, qui non intelligit, qualis est irrationalis creatura: ergo vanum est, & illicitũ irrationale creaturã adiurare. ¶ 2 Præt. Ad eum videtur competere adiuratio, ad quem pertinet iuratio: sed iuratio non pertinet ad creaturam irrationalem: ergo videtur quod ad eam non liceat adiuratione uti.

¶ 3 Præt. Duplex est adiurationis modus, vt ex su- pra * dictis patet. Vnus quidem per modum depre- cationis, quo non possumus uti ad irrationalem crea- turam, quae non est domina sui actus. Alia autem ad- iuratio est per modum compulsio- nis, qua etiam, vt videtur, ad eam uti non possumus: quia non est no- strum creaturis irrationalibus imperare, sed solum illius, de quo dicitur Matt. 8. Quoniam venti, & ma- re obediunt ei: ergo nullo modo, vt videtur, licet uti adiuratione ad irrationales creaturas.

SED CONTRA est, quod Simon & Iudas legũtur adiurasse dracones, & eis præcepisse, vt in deserto locum discederent.

RESPON. Dicendum, quod creaturæ irrationales ab alio aguntur ad proprias operationes. Eadẽ autem

actio est eius, quod agit & mouet, sicut motus sagitte & operatio sagittatis: & ideo operatio- nis non solum ipsi attribuitur, sed penes cuius dispositione omnia mouentur ad diabolum, qui permissio- nis diuinae creaturis ad nos vtuntur. Sic ergo adiuratio, qua quis vtitur ad irrationalem creaturam, potest intelligi dupliciter: ut adiuratio referatur ad ipsam irra- tionalem creaturam adiurare. Alio modo ad eum, a quo irrationalis creatura agitur, & sic dupliciter adiuratur irrationalis: quidem modo, per modum depreca- tionis, quod pertinet ad eos, qui diuinae miracula faciunt. Alio modo, per impulsio- nis, quae referuntur ad diabolum, qui est modus adiurandi in Ecclesiæ erro- ribus. Ad iurandum autem demones ad- iuratis, non licet. Et per hoc patet obiecta.

QVAESTIO XCI.

De assumptione diuini nominis ad inuocandum per orationem, vel laudem, in duos articulos diuisa.

¶ ENDE considerandum est de assumptione diuini nominis ad inuocandum per orationem, vel laudem. Et de oratione quidem iam dictum est. Vnde nunc de laudere stat dicendum.

CIRCA quam quaeruntur duo. ¶ Primò, Vtrum Deus sit ore laudandus.

¶ Secundo, Vtrum in laudibus Dei sint cantus adhibendi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus sit ore laudandus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit ore laudandus. Dicitur enim Philosoph. in 1. Ethic. Optimum non est laus, sed maius aliquid, & melius: sed Deus est super omnia & melius: ergo Deo non debetur laus, sed aliquid maius laude. Vnde Ecc. 43. dicitur, quod Deus maior est omni laude.

¶ 2 Præt. Laus Dei ad cultum ip- sius pertinet: est enim religionis actus. sed Deus mente colitur magis, quã ore. unde Dominus Mar- th. 5. contra quosdam indoctos il- lud Isã. Populus hic labijs meis hono- rat, cor autem eorum longe est a me. ergo laus Dei magis consistit in corde, quã in ore.

¶ 3 Præt. Homines ad hoc orantur.

Li. 1. c. 4. an- te medium, tom. 3.

In corp. art. 3. de Lazaro iter pri. & med. to. 2.

Art. 1. & 2. præced.

D. 34.

David cum dixisset. Semper laus eius in ore meo, subiungit, Magnificat dominum mecum, non contra me. Unde a duobus canentibus dicitur, ne ideo canatur, quasi ipse cantus secundum se sit Deo gratior, & ne canatur causa delectationis nostre, uel alienae in ecclesiasticis officiis, ut patet ex fine. Et ex autoritate Augustini de confessione in littera allata.

Nota secundum, quod temporis e diuini Thomae Ecclesia non utitur organo.

In cuius signum, adhuc Romana Ecclesia coram summo Pontifice non utitur. Et si rationem in littera allata ex 8. Pontificis. attendimus, apparet, quod in ecclesiastico officio, ad quod suscipienda diuina interioris disciplina gratia conuenimus, uita illa, sacrificii laudis honorificabitur, & illiciter, quo ostendam illi salutem. Deum non sunt admittenda instrumenta in musica. Tantoque magis excludenda sunt, quanto diuina disciplina interior excellenter est omnibus disciplinis humanis huiusmodi instrumenta repellentibus. Et licet per se loquendo hoc sit uerum, potest tamen per accidens tolerari extra iam confuetudinem organorum propter nimiam elongationem hominum a diuino cultu, ut uel sic allesti, diuinitas interfit. Qui tamen organa in Ecclesia medicam animae remouens esse cogitauerit, parce illis uteretur, ne sanis nocere minuet, uel tollere de eorum deuotione. Et licet organorum usus licitus iam in Ecclesia sit causa excitandae deuotionis, illicitus tamen est causa delectationis eadem ratione, qua cantus.

Secundum occurrit hic dubium. An pulsare in organo inter officia ecclesiastica sonos facilius uanitati, ut peccatum morale. Et est ratio dubii, quia quidam propter irreuerentiam diuini cultus, putant quod sic. Alii autem uidentur hanc respicere sententiam, quia sonus abstrahit a materia hac, uel illa: & sonus qui ab uno applicatus est ad materiam uanam, potest ab altero applicari ad materiam spiritualem, ut patet.

Ad eundem huius oportet uitare ambo extrema, ne sciantur factum abstractionem soni a materia, ut omnis sonus aequo ad materiam dignus sit in Ecclesia, quoniam eadem est ratio de cantu, & sono: quoniam cantus abstrahit etiam a materia, & potest uanitati cantus applicatus ad malam materiam, etiam applicari

ad spiritualem non minus, quam uanitati sonus. Constat autem ex autoritate Hieronymi in littera allata, quae habetur in Decretis dist. 92. c. Cantantes, quod non omnis cantus est in Ecclesia licitus. Non igitur omnis sonus est in Ecclesia licitus. Neque etiam omnimodam irreuerentiam, seu indecentiam diuinis admittit, mortale peccatum dicimus. Contingit namque uel propter imperfectionem actus, puta, quia in re modica, uel propter pietatem intentionis, indifferetia tamen habentis media, uenialiter tantum peccare in multis de decentibus diuina.

Inter hoc igitur, & ex his procedendo, dicendum est, quod dupliciter contingit pulsare in diuinis officiis organa cum sonis rerum uanarum, scilicet per se, & per accidens. hoc est, ex intentione ingerendi illa uana, & non ex intentione ingerendi illa uana, sed tantummodo sonum illum. Et primo quidem modo, si res illa sunt non solum uana, sed promouentia ad impudicitiam, & huiusmodi, manifeste est peccatum mortale non solum inter ecclesiasticum, sed extra: quia hoc est mortale ex suo genere, & tanto grauius, quanto etiam inter diuina. Si uero sunt solum uana, tunc non deest peccatum superfluitatis in tali actu. Est namque talis actus in prima specie superfluitatis, qua Deo cultus exhibetur modo indebito. Constat namque quod sonus inter diuina, pars diuini cultus est, & pro solemnitate diuini cultus adhibetur ab ecclesia: & quod modo indebito colitur Deus, quando sonus uanitatum ex intentione admiscetur locutioni ecclesiasticae. Contrariatur autem talis actus ex suo genere diuino cultui. Primo, quod ad finem: quia actus iste ex suo genere est excitatiuus mentis, & effectus ad uana, ac per hoc directe contrarius actui diuini cultus excitatiui ad deuotionem. Secundo, quod ad ueritatem ex parte colentis: quia cultus diuinus per ministerium pulsantis ab Ecclesia Deo reddendus, falsificatur, ita quod fallacii sunt omnes sic pulsantes, & procurantes, ac consentientes: quoniam ex parte Ecclesiae cultum contra modum ab ea iustum. Deo exhibent, quantum est ex natura talis actus, ut inferius in q. 93. art. 1. ex littera habere potes. Et quoniam superfluitio ex suo genere est mortale peccatum, & actus iste ex suo genere contrariatur fini diuini cultus: ideo ex intentione pulsare in ecclesiasticis officiis siue mala, siue uana, peccatum est mortale

Ad secundum dicendum, quod laus oris inuitis est laudanti, si sit sine laude cordis. Tunc enim loquitur Deo laudem, dum magna opera eius recogitat cum affectu. Valet tamen exterior laus oris ad excitandum interiorem affectum laudantis, & ad promouendum alios ad Dei laudem, sicut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod Deum non laudamus propter utilitatem suam, sed propter utilitatem nostram, ut dictum est.

meo & postea subauditur. Audiatur manueri, & latentur. Magnificat dominum mecum.

Ad primum ergo dicendum, quod de Deo dupliciter possumus loqui. Uno modo, quantum ad eius essentiam: & sic, cum sit incomprehensibilis, & ineffabilis, maior est omni laude. Debetur autem ei secundum hanc comparationem reuerentia, & laetitia hominis: unde & in Psal. 64. secundum translationem Hieronymi dicitur. Tibi silet laus Deus, quantum ad primum: & Tibi reddetur uotum, quantum ad secundum. Alio modo, secundum effectus ipsius, qui in nostram utilitatem ordinatur: & secundum hoc debetur laus Deo, unde dicitur Isa. 63. Miserationum Domini recordabor: laudem Domini annuntiabo super omnibus, quae reddidit nobis Dominus. & Dionysius dicit in cap. de diuini nom. Omnem sanctum theologorum hymnum, id est, diuinam laudem inuenies ad beatos thearchias, id est, diuinitatis processus, manifestatiue, & laudatiue Dei nominationes diuidentem.

Ad secundum dicendum, quod laus oris inuitis est laudanti, si sit sine laude cordis. Tunc enim loquitur Deo laudem, dum magna opera eius recogitat cum affectu. Valet tamen exterior laus oris ad excitandum interiorem affectum laudantis, & ad promouendum alios ad Dei laudem, sicut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod Deum non laudamus propter utilitatem suam, sed propter utilitatem nostram, ut dictum est.

ARTICVLVS II.

Utrum in diuinis laudibus sine cantu assumendi.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod cantus non sint assumendi in laudem diuinam. Dicit enim Apostolus ad Colos. 3. Docentes, & commentantes uosmet ipsos in psalmis, & in hymnis, &

do, quod ad ueritatem ex parte colentis: quia cultus diuinus per ministerium pulsantis ab Ecclesia Deo reddendus, falsificatur, ita quod fallacii sunt omnes sic pulsantes, & procurantes, ac consentientes: quoniam ex parte Ecclesiae cultum contra modum ab ea iustum. Deo exhibent, quantum est ex natura talis actus, ut inferius in q. 93. art. 1. ex littera habere potes. Et quoniam superfluitio ex suo genere est mortale peccatum, & actus iste ex suo genere contrariatur fini diuini cultus: ideo ex intentione pulsare in ecclesiasticis officiis siue mala, siue uana, peccatum est mortale

ex

D. 806.

In commentario suo in Psal. 34. co. 8. aduocata etiam causa dicitur in Psal. 150. co. 4.

Cap. i. non multum reuocet ante medium.

In corp. art.

In corp. art.

Locis art. 1. inducis.

ex suo genere. In cuius signum Leuit. 10. Filii Aaron deuoti sunt: quia ignem altarium in diuino cultu apposuerunt. Simile namque accidit in proposito: quonia ignis alieni amoris, f. carnis, uel mundi

Ad Ephes. 5. tom. 9. habetur in decretis. c. c. canentes.

in diuino apponitur cultu loco antiphonarum, & laudum diuinarum. Par siquidem est ex intentione naturalis, aut artificialis hęc in diuino cultu profere. Constat autem, qd naturali uoce hęc diuino admittit cultui perniciosissima eent: ergo &c. Si quis tamen nesciens diuino se cultui per hoc facere iniuria, sed putans uanitatem solummodo in huiusmodi interuenire, & ex huiusmodi ignorantia ingerat pulcherrimo uana delectationis causa, sicut etiam predicatores uana aliqua inter predicandum immiscet non tamquam predicatores, sed persone priuatae, uane delectationis gratia, talis non nisi materialiter superstitiosum committit, & excusatur a mortali superstitioso, ex quo paratus erat, si cognouisset, non parare hoc facinus, sicut de aliis superstitiosis ignotis inferius dicitur. A grauissimo tamen peccato, & forte mortali, sacrilegii non excusatur, qui ex intentione inter diuina immiscet talia mundana, quę si uerbis exprimeret ibidem, nullus excusaret a mortali. Et reduci- tur hoc crimen ad eadē sacrilegii speciem, quia rebus sacris iniuria fit uendo diuino cultu in hac parte, ut re quadam non facra, ex quo non ut partem diuini cultus iste pullans diceret se hęc inferre, sed potius ut extranea interponere. Et nihilominus pro quato etiam loco sacro iniuria fit, dum in dicato ad Dei laudem loco prophana hęc sunt, ad aliam sacrilegii spem spectat, quia loco sacro iniuria fit. Si uero hoc fit pter intentionem cu-

L. 4. registri c. 88. paulo a princ. Et habetur di. 92. in sancta Romana.

Lib. 9. cap. 7. tom. 1. Art. p. ced.

canticis spiritualibus: sed nihil debemus assumere in diuinum cultum prater ea, quę nobis auctoritate Scripturę traduntur. ergo uidetur quod non debemus uti in diuinis laudibus canticis corporibus, sed solum spiritualibus.

¶ 2 Præt. * Hierony. super illud ad Ephes. 5. Cantantes, & psallentes in cordibus uestris domino, dicit. Audiant hęc adolescentuli: audiant hi, quibus in Ecclesia est psallendi officium, Deo non uoce, sed corde cantandum: nec in tragœdiarum modum guttur, & fauces medicamine liniende sūt, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica non ergo in laudes Dei sunt cantus assumendi.

¶ 3 Præt. Laudare Deum conuenit paruis, & magnis, secundum illud Apoc. 19. Laudē dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum pusilli, & magni: sed maiores, qui sunt in Ecclesia, non decet cantare. dicit enim * Gregor. & habetur in decretis dist. 92. c. In sancta Romana Ecclesia. Præsenti decreto constituo, ut in sede hac sacri altaris ministri cātare non debeant. ergo cantus nō cōueniūt diuinis laudib⁹.

¶ 4 Præt. In ueteri lege laudabatur Deus in musicis instrumentis, & humanis cantibus, secundum illud Psal. 32. Confitemini domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: sed instrumenta musica, sicut citharas, & psalteria non assumit Ecclesia in diuinis laudibus, ne uideatur iudaizare. ergo pari ratione nec cantus in diuinis laudibus sunt assumendi.

¶ 5 Præt. Principalior est laus mentis, quā laus oris: sed laus mentis impeditur per cantus, tū quia cantantium intentio abstrahitur a consideratione eorum quę cātant, dum circa cantum student: tum etiam quia ea quę cantantur, minus ab aliis intelligi possunt, quā si sine cantu proferrentur. ergo cantus non sunt in diuinis laudibus assumendi.

SED CONTRA est, quod beatus Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi cantus instituit, ut * Aug. refert lib. 9. confess.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum * est, Laus uocalis ad hoc necessaria est, ut affectus hominis prouocetur in Deum: & ideo quęcumque ad hoc utilia esse possunt, in diuinis laudibus congruenter assumuntur. Manifestum est autem,

quod secundum diuersas melodias sonorum, animi hominum diuersimode disponuntur, ut patet per Philo. in 8. Politic. & per Boet. in prologo musica. & is salubriter fuit institutum, ut in diuinis laudibus cantus assumuntur, ut animi infirmorum magis prouocentur ad deuotionem. Vnde * Aug. dicit in 10. confess. Adducor cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis aliturgat. Et de seipso * dicit in 9. cōfess. Fleui in hymnis, & canticis tuis suauē sonantis Ecclesia: tuę uocibus commotus acriter.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cantica spiritualia possunt dici non solum ea, quę interius cantantur spiritu, sed etiam ea quę exterius ore cantantur, in quantum per huiusmodi cantica spiritualis deuotio prouocatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod Hier. non simpliciter uti per cantum, sed reprehendit eos, qui in Ecclesia cantant more theatri, non propter deuotionem excitandam, sed propter ostentationem, uel delectationem prouocandam. Vnde August. dicit in 10. cōf. Cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quā res quę cātatur, mouet, peccaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.

AD TERTIUM dicendum, quod nobilior modus est prouocandi homines ad deuotionem per doctrinam, & predicationem, quā per cantum. Et ideo diaconi, & presbyteri, quibus competit per predicationem, & doctrinā animos hominum in Deum, non debent cantibus inchoare a maioribus retrahantur. Vnde dicit. Consuetudo est ualde reprehensibilis, quos ad predicationis officium uianum studium uacare conuenit.

AD QUARTUM dicendum, quod dicit in 8. Politic. Neque diffusum est adducendum, neque aliquod organum, puta, citharam, & si quid aliud, sed quęcumque faciunt audientes, non de enim musica instrumenta magis prouocant ad deuotionem, quā per uocem, tunc ad delectationem, in ueteri autem usus erat talium instrumentorum, ut pulus erat magis durus, & carnis huiusmodi instrumenta prouocant per promissiones terrenas: tum quia iusmodi instrumenta corporalia uocant.

AD QUINTUM dicendum, quod si dicitur ad delectandum uti, abderatione eorum, quę cantantur, propter deuotionem, atque

antur, tum quia diutius moratur super eodem: tū quia, ut Aug. dicit in 10. confess. Omnes affectus spiritus nostri pro sua diuersitate habent proprios modos in uoce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur. Et eadem etiam est ratio de audientibus, in quibus etiam aliquando non intelligunt, que cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur, scilicet ad laudem Dei: & hoc sufficit ad deuotionem excitandam.

Super quatuor nona-gym secundam.

QVAESTIO XCII.

De uitii religioni oppositis, in duos articulos diuisa.

OSTENDEA considerandū est de uitii religioni oppositis.

¶ Et primò, De illis, quæ cum religione conueniunt in hoc, quod exhibent cultum diuinum.

¶ Secundo, De uitii manifestam contrarietatem ad religionem habentibus, per contemptum eorum, que pertinent ad diuinum cultum. Primum autem horum pertinet ad superstitionem: secundum autem ad irreligiositatem. Vñ primo considerandum est de ipsa superstitione, & de partibus eius. Deinde de irreligiositate, & partibus eius.

CIRCA primū quaruntur duo.

¶ Primò, utrum superstitio sit uitium religioni contrarium.

¶ Secundo, utrum habeat plures partes, seu species.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum superstitio sit uitium religioni contrarium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod superstitio non sit uitium religioni contrarium. Vnum enim contrarium non ponitur in diffinitione alterius: sed religio ponitur in diffinitione superstitionis. dicitur enim superstitio esse religio supra modum seruata, ut patet in glo. ad Coloss. 2. super illud, Quæ sunt rationem habentia sapientia in superstitione. ergo superstitio non est uitium religioni contrarium.

¶ 2. Preter. Isidor. dicit in lib. ety. Superstitiosos ait Cicero appellatos, qui totos dies deprecabatur, & immolabant, ut sui sibi liberi potest fieri secundum ueræ religionis cultum. ergo superstitio non est uitium religioni oppositum.

¶ 3. Preter. Superstitio quendam excessum importare uidetur, sed religio non potest habere excessum, quia sicut supra dictum est, secū-

dum eam non contingit æquale Deo reddere eius, quod debem⁹: ergo superstitio non est uitium religioni oppositum.

SED CONTRA est, quod August. dicit in lib. de decem chordis. Tangis primam chordā, qua colitur vnus Deus, & cecidit bestia superstitionis: sed cultus vnus Dei pertinet ad religionem: ergo superstitio religioni opponitur.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, religio est uirtus moralis. Omnis autem uirtus moralis in medio consistit. ut supra habitum est: & ideo duplex uitium uirtuti morali opponitur. Vnum quidem secundum excessum: aliud autem secundum defectum. Contingit autem excedere medium uirtutis non solum secundum circumstantiam, quæ dicitur quantum, sed etiam secundum alias circumstantias.

Vnde & in aliquibus uirtutibus, sicut in magnanimitate, & magnificētia, uirtus excedit uirtutis medium, non quia ad maius aliquid tendat quam uirtus, sed forte ad minus. Transcendit tamen uirtutis medium, in quantum facit aliquid, cui non debet, vel quando non debet, & similiter secundum alia huiusmodi, ut patet per Philosophum in 4. Ethic. Sic ergo superstitio est uitium religioni oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum, quam uera religio, sed quia exhibet cultum diuinum vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut bonū metaphorice dicitur in malis, prout dicimus bonū latronem: ita etiam nomina uirtutum quandoque transumptiue accipiuntur in malis, sicut prudentia quæque ponitur pro astutia, secundum illud Luc. 16. Filij huius sæculi prudentiores filij lucis sunt: & per hunc modum superstitio dicitur esse religio.

AD SECUNDVM dicendum, quod aliud est etymologia nominis, & aliud est significatio nominis. Etymologia attenditur in id, a quo imponitur nomen ad significandum: nominis uero significatio secundum id, ad quod significandum nomen imponitur, quæ quandoque diuersa sunt. Nomen enim lapidis imponitur a læsione pedis, non tamē hoc significat: alioquin ferunt, cum pedem lædat, lapis esset. Similiter etiam nomen superstitionis non oportet quod significet illud, a quo nomē est impositum.

suas construunt, continent, laxant, & aliquas creaturas quædoque assumunt ad sua opera, quasi sacramentalia quædam.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundum articuli aduertente diligenter tu speculatiue, quod licet prima fronte appareat, quod quemadmodum religio est uirtus una secundum speciem, eo quod actus eius adæquatus est vnus, scilicet colere Deum, quoniam in hoc actu clauditur & diuina reuerentia, & hominis seruitus respectu Dei, ad quæ duo ordinantur omnia religionis opera, ut superius in questionibus octuagesimæ primæ, articulo tertio ad secundum didicimus: ita in superstitione colente creaturam, una est species, cuius proprium est colere creaturam, & illam uenerando sacrificijs, & illi subiuciendo hominem: & in hoc quod instrui per illam curat, & in hoc quod signis illius se subiicit, obseruando illa: Quia tamen ex communibus patet, quod multa ad uirtutum distinctionem sufficiunt, quæ non sufficiunt ad diuersificandum uirtutem, ut patet in materijs moralium, in quibus una existente uirtute, duo sunt uitia.

Et ratio suffragatur communis, quia ad constitutionem boni multa exiguntur: ad malum autem, quodlibet sufficit, ut in littera ex Dionysio dicitur: ideo in speciali intuitus est author, quod illi tres fines, scilicet reuerentia, instructio, & directio, licet non sufficiant ad distinguendam religionem, sufficiunt tamen ad distinguendam superstitionem.

Quo fit ut inuolutus uno malo, puta, diuinatione, non sit inuolutus altero, puta, idolatria: religionis autem uirtutem nemo habeat, nisi qui integre omnibus polleat.

¶ In responsione ad secundum aduertente, quod quia uis argumenti stat in hoc, quod sicut religio est in ordine

Ca. 9. a med. tom. 9.

q. 81. art. 5.

1. 2. q. 64. artic. 1.

Lib. 4. c. 1. & 5. to. 5.

D. 926.